Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Signa autem eos qui crediderint hec sequentur:

undecim discipulis: apparuit illis ihs: et exprobrauit
illis incredulitatem illorum et durciciam cordis eorum
quia his qui uiderant eum resurrexisse non credide
runt. Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum
predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et bap
tizatus fuerit saluus erit. Qui uero non crediderit
condempnabitur. In nomine meo demonia eiicient:
linguis loquentur nouis serpentes tollent: Et si
mortiferum quid biberint: non eos nocebit: super
egros manus imponent: et bene habebunt: Et dns
quidem ihs postquam locutus est eis: assumptus est
in celum et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicaue
runt ubique: domino cooperante et sermonem con
firmante: sequentibus signis. Dom̃ p̃ ascen

Rmi: Et stole dni. l. e. b. petri apli.

Prudentes et uigilate in orationibus ante
omnia autem mutuam in uobismetipsis caritatem
continuam habentes quia caritas operit multitudinem
peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione.
Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum
illa administrantes sicut boni dispensatores
multiformis gratie dei. Si quis loquitur quasi sermones
dei. Si quis ministrat tanquam ex uirtute cui ad
ministrat deus ut in omnibus glorificetur deus per ihm